

- XCII.** Citatio invalida per comparitionem convalidatur.
- XCIII.** Hodiè non requiritur, ut copiæ citatis insinuandæ à Proto- Notario aut Lectoribus vidimata sint.
- XCIV.** Citatione ad reassumendum hodiè in Camerâ non opus est.
- XCV.** Mandata sine clausula quandoque valent.
- XCVI.** Mandata de non offendendo subditis contra Dominum regulariter non concedenda.
- XCVII.** Comites vel Nobiles immediati si conveniuntur à Nobili, Cive vel Rustico mediato privilegium primæ instantiæ non habent.
- XCVIII.** Cessant Austregæ si Imperii Princeps cum suis subditis simul conveniatur.
- XCI X.** Mediati regulariter in primâ instantiâ in Camerâ conveniri non debent.

Ex Jure Nat. & Gent.

- I.** Jus prius est Justitia , imò contra.
- II.** Turpe & honestum est post legem.
- III.** In Moralibus punctum non invenitur sine aliqua latitudine.
- IV.** Si Deus insontem occidi aut res alienas auferri præcipiat , non est homicidium aut furtum.
- V.** Inter prima Naturæ non reperitur aliquid bello repugnans.
- VI.** Per Constitutionem Judicij non sublata est se defendendi licentia.
- VII.** In Momentaneis cessat Judex , & Lege Evangelicâ melius est occidere aggressorem , quam occidi ab ipso.
- VIII.** Plures Civitates foederatæ, singulæ retinere possunt summam potestatem.
- IX.** Hujus subiectum est persona una vel plures.
- X.** Reges non subjiciuntur arbitrio populi.
- XI. Nec**